militas admirabilis, patientia insuperabilis. Ex Bernard. Ibid. n. 1.

IV. *Cùm dilexisset, dilexit.* O amor! Cuius, quibus, quantus. T. 4. D. 3. à n. 11. Quis patitur, dum amore ducitur, quid, quomodo, pro quibus, & à quibus. Ibid.

V. *In finem dilexit, In contentionem.* Unde contentio? Ex disputationibus scientiæ Iesu, & amoris. Quid? Nova Thesis ex contentione intelligentiæ & amoris; cognoscere indignos & diligere ingratos: sentire spinas, & distribuere gratias: scire pugnantia corda, & propendere in obsequia; ut per singulare ingeniosum studium homo ingratus sciret amorem novum. T. 5. D. 6. à n. 9.

VI. *Sciebat.* Hic scopus charitatis, ac vehemens ignifera flamma cordis, opus incognitum, mirabile arcanum, oraculum inauditum; quod si nul-essent in mundo amor & ingratitudo. Ibid. à n. 4.

VII. *Sciebat quisnam esset qui traderet eum.* Stemma amoris nobile, aversos diligere, & non amari: ingratos agnoscere, & favere: beneficia perdere, & dare: à pravis pati, & in dilectionem prosequi. Ibid. & T. 4. D. 3. num. 10.

VIII. *Sciebat quisnam esset.* &c. O summa charitas! Flagrat in pectore cor, non quærit quæ sua sunt, vel perduelles diligit, quia numquam excidit. Ibid. n. 11. Vid. *Christus*, à XI.

*Pro Christo flagellato, & spinis coronato.*

I. *Apprehendit Iesum Pilatus & flagellavit.* Amor hominis criminibus sterilis sanguine agni vitam recipit, gemmas producit, mirificè floret. T. 5. D. 2. n. 11. Salvatoris ex flagellis sanguine homines impuri purificati venerunt ex magna tribulatione (quæ captivitas peccati) & apparent sanguine, in candida veste. Ubi criminis horror, gratiæ purissimus candor: viso ex flagellis Christi sanguine, pœnitentiæ gemitu dealbantur & compunctione. Ibid. à n. 9.

II. *Flagellavit.* Dolor dum in flagella paratus est sanè in conspectu eius. Dolet de non dolore. Dolet, quia non dolent pro quibus doluit. Non dolet flagella, sed dura corda. Non sentit acerbitatem flagrorum, sed lapideam insensibilitatem pectorum, quæ sic pro illis Christum flagellatum vident, cæterùm minimè dolent. T. 5. D. 1. à n. 11.

III. *Coronam de spinis imposuerunt capiti eius.* Hominum charismata ex spinarum corona: & clavibus spinarum apertum cœlorum ostium. T. 5. D. 6. à n. 6.

IV. *Coronam de spinis*, &c. Opprobrium est, atque cruciamen capitis; cæterùm mulcimen cordis, respicientis improbam ingratitudinem vel spiculis non potuisse extinguere charitatè. Plus effulsit pectoris æstuantis flamma, ubi sentibus amori plexit honorabilius diadema. Ibid. Vid. *Christus*. XI.

*Pro Magdalenæ lachrymis.*

I. *Lachrymis cœpit.* Tunc Christus illam suscepit, è latebris eruit, è periculis eripuit, pœnitenti indulsit, stantem tenuit, atque perseverantem custodivit. T. 4. E. n. 15. Vid. *Christus* à IV.

II. *Lachrymis cœpit.* In eius pectore quasi in altari thymiamatis eius offeruntur lachrymæ amoris flamma, ut myrrha, & ut myrrha optima. Ut myrrha, quia amaræ: ut optima & prima, quippe perpetuæ: ut flan. mas, quippe ab amore. T. 4. D. 6. n. 11. T. 2. D. 4. n. 11.

III. *Lachrymis cœpit.* Eius fletus unda velut eutis amoris flamma, quia per sagittas ignitas totum cor versum in lachrymas. Flere cœpit, cer in victimam obtulit, suscipientique obtulit amabile obsequium, quia fletus sacrificium transivit in holocaustum. Ibid. num. 9. Vid. *Magdalena.*

*Pro lachrymis Petri.*

I. *Flevit amarè.* Petrum dolor ex negatione percussit, & in aquas plurimas redundavit. Flevit, quia cor in lachrymas liquit: amarè, quia in expressionem pœnitudinis per totum vitam perstiterunt fontes. T. 4. D. 6. n. 5.

II. *Flevit amarè.* Lachrymæ bis sicè percusso pectore & amore & dolore. Dolore, propter negationis crimen: amore, propter aspicientem Redemptorem, qui in tanto dolore quasi passionis oblitus ut posset surgere Petrus, in quem dirigens aspectum mirificè convertit rupem in fontes aquarum. Ibid. n. 6. Vid. *Petrus.* II.

*Pro conversione Latronis.*

I. *Domine memento mei.* Christus è periculis eripuit, delectationem in amaritudinem convertit & in dolore solamina tribuit. T. 4. E. n. 15.

II. *Neque tu times Deum.* Clarent opera charitatis reatus proprij deploratio: excessienis fraternæ compassio, indultæ gratiæ consideratio, desideriosa charitatis affectio. Ex Bernard. *sermone* 42. T. 4. D. 6. Vid. *Pœnitentia.*

III. *Hodie mecum eris*, &c. E cruce pœnitentem protexit & obumbravit. T. 4. E. num. 16. Utraque claruit flammâ ut dictum de Templo Ephesino combusto, sed renovato. Idem de latrone Templo Dei, pridem mancipato dæmoni, qui claruit criminum infamia & criminum pœnitentiâ. T. 2. D. 6. à n. 5.

*Pro Virgine sola iuxta Crucem.*

I. *Stabat iuxta crucem.* Quomodò? Sola, sine comite, sola sine teste; ex filij cruciamine & etiam ex filij morte: transijque ex solitudine in amplioris solitudinis angustias; quippe defecit maternitas. T. 1. D. 1. à n. 1. Hæc vivente filio fuit levamen in ærumnas: anima gladium patitur, dum filius moritur. Animæ profectò vulnus, vivente amore matrem coram filio vivere, sed sine maternitate, filio moriente. Ibid. à n. 2.

II. *Iuxta crucem* patiens extremum dolorem Duplici gravatur solitudine: in cruce, quia mater crucis urgente afflictione: extra crucem, quia mater sine maternitate singulari. Ibid.

III. *Iuxta crucem.* Animam pertransivit gladius. Gladius corpori, gladius animæ. Corpori, in passione: animæ, ex passione filij; quibus solitudo matris in arctiorem dolorem solitudinis. Ibid. n. 2. Si filium videre pati, extremam intulit corpori pœnam; filium mori, pertransivit usque in animam. Ibid.

IV. *Iuxta crucem.* Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram. Hebr. *Solitudines.* Conveniunt prodigia in acerbiore pœna pertulit Virgo gravamen solitudinum & afflictionum cum ærumnis solitudinis; sed molestiorem præ amore in deserto societatis. Ibid. n. 13. & D. 6. à n. 7.





*In Resurrectione Domini.*

I. *Surrexit: non est hic.* Intravit in gloriam suam. Quomodò? Mors vivificavit, humilitas exaltavit, exinanitio gloriam immortalem contulit. T. 2. D. 4. n. 18.

II. *Surrexit: non est hic.* Mortuus est ut surgeret; iacuit, ut resloreret; perdidit brevem vitam, ut conferret sempiternam; crucis passus ignominiam, ut genus humanum elevaret in gloriam. Servus fuit passionis, sed Dominus maiestatis; tumidos insolentes hostes subigens, atque catenas captivorum frangens. T. 2. D. 1. à n. 2.

III. *Surrexit: non est hic*; quo absorpta est mors in victoria, dum ex se vidit vitæ novæ trophæa. Stupuit, dum corpus aspexit ex passione impassibile, è sepulchro vitale, ex vulneribus gloriosum, è tenebris fulgidum, de terra cœlestè, ex ipsa morte immortale. Ibid. à n. 6.

IV. Crucifixum quæritis? *Non est hic.* Opus insigne videtur mirabiliter, singulariter, misericorditer. Sic quippe hominè liberavit à tyrannide. Singularivèr, quoniam poterat non mori. Denique mirabiliter, quia placuit surgere. Ex Fulgent. Ibid. à n. 1.

V. *Ecce locus, ubi posuerunt eum*; sed non est hic. Voce Virginis-Matris in vitam est revocatus, nova veste gloriosus & floribus redimitus. Ibid. n. 2.

VI. *Valde mane, orto iam Sole.* Dies & nox simul sunt: ex nocte animæ criminis, atque corruptione carnis, orto Sole iustitiæ, diffugiunt tenebræ, redit lux, clarescit nox, liberatâ anima per gratiam, corporeque per Salvatoris resurgentis gloriam. Ibid. n. 12.

VII. *Surrexit Dominus verè.* Unde claret? Iam inter mortuos liber, ut gloriam communicaret homini, atque donaret plenissimâ libertate à culpa & miseria, gratiâ & gloriâ. T. 4. E. n. 36. & 42. Vid. *Christus.* XIV.

*In Ascensione Domini.*

I. *Sedet à dextris Dei.* Sedet in speciem honoris, cultum maiestatis, potestate superioris. T. 9. E. n. 18.

II. *Sedet à dextris Dei.* Triumphus inaudito apparatu, singulari maiestate, & gloriosa magnitudine. Apparatu in homine gaudio pleno; maiestate per gratiam, magnitudine per gloriam. Apparatu, quia servorem redemptio perfectè facta: maiestate, quia quod clausum, iam cœlum apertum: magnitudine, quia præsentia quæ futura. T. 4. D. 1. à n. 7.

III. *Sedet à dextris Dei*, ut assumptus in cœlum dona clarescerent hominum & gaudium nostrum rutilaret plenissimum. Per mortem eruit hominem à dæmonis servitute: per resurrectionem honorificavit speciosa libertate: per ascensionem plenissimè; quippe ampliora adeptus homo per ineffabilem Salvatoris gratiam, quam amiserat in horto per dæmonis virulentam invidiam. Ibid. à n. 1.

IV. *Sedet à dextris Dei*, ut dum eius lucet triumphus, homines simul sedeamus in cœlestibus. Constat homo anima & corpore: utrumque erat sub captivitate. Anima sub potestate dæmonis, corpus sub dominatione mortis: & utrique datum donum libertatis propter magnificentiam ascensionis. Ibid. à n. 2.

*In Pentecoste.*

I. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater.* Tom. VIII. Taut.

ter, &c. Quorsùm in mundo Spiritus Sanctus, si iam venerat filius? Ut qui vitam habebant, gloriosiùs viverent, & abundantiùs haberent. *Quia Spiritus Sanctus est in nobis tamquam forma in materia, ars in artifice, & sicut totum in partibus.* Ex Basil. de oper. Spir. S. cap. 26. T. 6. D. 1. à n. 8.

II. *Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* Cur non dicitur Spiritus Sanctus, sed Pater & Filius? Est Summus amor & adventisse suppositur. Ibid. n. 10. Suscipitur, ed non cognoscitur. *Unum inveni* (dicit Plato apud Petr. Damian. *serm.* 11.) *quod cuncta operetur: aliud per quod cuncta efficiuntur: tertium autem invenire non potui.* T. 5. D. 6. n. 1. Agnoscitur per dona pectoris flamma. T. 4. D. 3. à n. 1. Vid. *Amor, Gratiæ, & Christus*, V.

III. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Quo intuitu in adventu Spiritus Sancti adventus dicitur Christi? Filius opus mirabile cœpit & Spiritus Sanctus gratiam adventus Salvatoris confundavit; visis in adventu de culmine cœli mirabilibus quæ visa in incarnatione. T. 1. D. 3. n. 3. T. 4. D. 1. n. 3. T. 8. E. n. 53. T. 9. E. n. 60.

IV. *Sic Deus dilexit* ut revalesceret homo. Missio filij fuit amoris excessus: in eiusque speculum exponitur Spiritus Sanctus; quippe amor summus. Emphatica verba sunt *Sic* tanta amoris vehementia: *Deus* qui Supremum Numen: *dilexit* sine meritis hominis: *mundum* hominem sed hostem: *filium suum* proprium & naturalem: *unigenitum* & unicum gratis hominibus *daret*. Ibid.

*In festo SS. Trinitatis.*

I. *In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.* Mysterium unius essentiæ & trinæ hypostasis ex oraculo ethnico prolatum. T. 9. E. n. 10.

*In festo Corporis Christi.*

I. *In me manet & ego in eo.* Salvatoris deliciæ esse & adesse semper cum filijs hominum. T. 6. D. 1. Eius amoris cognoscitur magnitudo speciali Salvatoris præsentia in Sacramento. Ibid. n. 14. Sacramenti mirabilia, quomodò hominum surripit corda & extirpantur vitia. T. 12. D. 5. Vid. *Eucharistia.*

## FESTA IANUARIJ.

*In Circumcisione Domini.*

I. *Dies ut circumcideretur.* Dies felicitatis humanæ; quia aperuit cœlum, ut sese vidit sicut cæteri hominum. T. 1. D. 1. n. 11. T. 7. D. 3. n. 11.

II. *Ut circumcideretur.* In nomine plura prodigia. Numen dedit nomen in hominum plenam salutem. T. 9. E. n. 34.

*In Epiphania Domini.*

I. *Vidimus stellam eius & venimus adorare.* Gentilitas in his Regibus accepit propter obsequium, felicitatis fidus. Ut enim illorum devotio stellam vidit, à Salvatorem venit, ut venit, quæsivit: ut quæsivit, cognovit: ut cognovit, adoravit. T. 7. D. 1.

II. *Vidimus*, &c. Opposita sunt officia Gentilismi & Synagogæ. Illa in vitam assumpta, & Synagoga in oriente Solis cæca. Illa oculos lumi ne aperuit, dum Sy-

nagoga reclusit: Plus obcæcata quàm cæca Solem minimè adoravit, neque cognoscens cognovit. Præsentem non cognovit, quia non quæsivit: non quæsivit, quia non venit: & non venit, quia non vidit. Ibid. n. 2.

III. *Congregant omnes Principes Sacerdotum*, &c. Tradita erant Synagogæ eloquia Dei: Gentilitas à Synagoga raputt, simulque à qua docenda erat, docuit. Venit, invenit, quin Synagoga inveniret, nec quæreret radios illius illuminationis; quoniam legentibus Magis illa manfit sine litteris. Ibid. n. 7.

IV. In propria venit & non est receptus. Deseruit deserentem & transivit ad amantem, quæ semper servavit fidem, ut cognovit Salvatorem. Ibid. à n. 11.

V. *Procidentes adoraverunt eum.* Ostenderunt Magi pro nobis insignem animi virtutem, fidem, religionem amorem & charitatem. Ibid. & T. 3. D. 2. n. 7.

### *In festo S. Mauri.*

I. *Ecce nos reliquimus omnia.* Haud in cunctis multum reliquit, qui se deseruit. Ad cœleste regnum de terrenis vocatus, nihil concupiscit terrenum, nihil transitorium, nihil quod ad tempus arridet, nihil quod ad præsens delectat. Risum luctum computat, gaudium in mœrorem commutat. Cui mundus carcer, cœlum habitatio. In illo tantùm gaudere appetit, qui super est. T. 10. D. 5. n. 8.

II. *Quid ergo erit nobis?* Quid ergo? Mundus deficit deficienti à mundo T 9 E. n. 12. Crucifigitur, illuditur, proteritur à fastidio T. 6. D. 1. à n. 4.

III. *Reliquimus omnia.* Quid ergo? Imperium & gaudium, quia temporalium non est gaudium; sed tormentum. T. 5. D. 2. n. 14. T. 6. D. 1. T. 8. D. 2. n. 5.

IV. *Quid ergo erit nobis?* Vita Mauri non vitalis; sed per victimæ holocaustum successivum fuit martyrium. T. 8. D. 1. à n. 2.

V. *Quid ergo erit nobis?* Datur corpori vel dum vivit in mundo, quod habiturus dote agilitatis sine pondere corpus. Ad iussionem Benedicti ambulat super aquas sine pondere. Sine ulla dubitatione ad verbum iubentis, ad præsentiam sustentantis, ad faciem regentis in aquas desilivit & ambulare cœpit. Ex Augustin. *serm.* 13. de Verb. Domin.

### *Pro S. Sebastiano.*

I. *Virtus de illo exibat & sanabat omnes.* Non secùs Sebastiani efficax virtus. Pestis profectò in pestem, & mors in mortem. T. 5. D. 5. n. 6.

II. *Stetit in loco.* In tyrannum stetit, sed sagittis perfosus. Seró venerunt tela tyranni, efficaciora quæ fixa cordi, sagittæ fuerunt iustitiæ, sagittæ cœli, sagittæ virtutis & religionis. Ibid. à n. 14.

III. Sagittis pro religione iacuit, sed denuò pro religione *stetit*. Mors non tam magno animo initur, quàm repetitur. Ibid. Exul à corpore doloros non sentit corporis: neque hoc facit stupor, sed amor: summittitur sensus, non amittitur; nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur. Ex Bernard. *serm.* 61. in Cantic. num. 8. Ibid. & T. 6. D. 4. n. 8.

IV. Cadit sed *stetit* integer, ut iterum triumphet. Ictus telorum suscepit, quasi dormiret. Tormenta risit, nec sentiendo sensit. T. 5. D. 5. à n. 2. Ad pugnam hostem provocat, & certamina renovat. Ibid. à n. 14.

V. *Stetit*, sed volavit. Tyrannus infixit carni sagittas, sed ut volaret sursum prætitit alas. In cœlo splendens coruscat flamma, quæ in terra formarunt vulnera. Saucium floret validum pectus; quippe telorum cuspides iure cesserunt in radios. Ibid. n. 5.

### *Pro S. Agnete.*

I. *Exierunt obviam Sponso & Sponsæ.* Verè sponsa, quæ amorem flammeum ostendit per vulnera. Præ amore patitur & à sensu nil sentitur. Vulneribus secatur, quassatione minuitur, sed tormentum in tormentis non agnoscitur, quia ex igne cœlesti in usus ad sensum non erat sensus. T. 5. D. 5. à n. 2. T. 9. F. à 61. Cadit spes tyrannorum fortitudine fragilium: enim dum æstimant per imbecillis corporis fragilitatem, maiorem videnr virtutem. T. 10. D. 3. n. 5.

II. Agnes uti Sponsa dilecta intrat ad nuptias, quia in obsequium Sponsi sustulit pœnas. Habens amorem in pectore, quod solidius adamante. Non itaque magnum, vulnerari & non sentire: magnum sane sentire ac vulnerari ita doloribus ex virtutis constantia prævalere forte pectus, quasi non doleret vulnus. Ibid. n. 6.

### *Pro S. Vincentio.*

I. *Cadens multum fructum affert.* Plus nominis horror in tyrannum, quam ensis. Acclamatus est martyr antequam victor. Multum fructum tulit in arvis religionis, quatuor illi suffragantibus elementis: aqua, quia corpus summersum, emersit miré ad sepulchrum: aere, quia suspensus in equuleo fuit, dixitque tyranno: *altior te sum*: Terra, in illa vincens tyranni cruciamina: Igne, maioris amoris flamma. In cunctis vicit & Dacianum provocans superavit. Magnum spectaculum Vincentium videre ubique vincentem. *Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exultans in ignibus, vicit summersus in fluctibus, vicit tortus, vicit mortuus.* Augustin. in *Novis, serm.* 8.

II. *Cadens multum fructum affert.* Dacianus tormentorum prodigus. Vincentius avidus. Equuleum habet pro delicijs, ungulas pro epulis: excarnificatus & pene enectus reviviscere reintegrari videbatur. T. 10. D. 3.

### *Pro S. Pedro Nolasco.*

I. *Maiorem charitatem.* Ut captivi obtinerent libertatem; se dedit in servitutem. T. 4. D. 3. n. 6. Non solùm se dedit illis; sed pro illis in vincula mortis. n. 8. In corde excitavit flammas, quo visa summæ charitatis summitas. n. 7. Studia amoris superavit, ubi pro captivis etiam se vendidit. n. 9. Conclusit perfectam captivitatem, videns finem post finis consummationem. n. 11.

II. *Maiorem charitatem nemo habet.* Petrus quando in pectore amoris servavit ignem, demonstravit maiorem pro captivis charitatem. Luc. 4. 18. *Spiritus Domini super me unxit me sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, cæcis visum, dimittere confractos in remissionem.* Isai. 61. 2. *Captivis indulgentiam, clausis apertionem, ut consolarer omnes lugentes.* Hæc Nolasci gratia, & charitatis officia. Ibid.

*** *** ***
*** *** ***

FES-



## FESTA FEBRUARIJ.

### *In Purificatione Virginis.*

I. *Postquam impleti sunt dies purgationis.* Quid? Purgata est? Non dicitur. Dum Lucas expressit legem, unà demonstravit Virginis exemptionem. Tunc fuit Virgo lucida & obscura, vacua & plena. Obscura & vacua, lege: lucida & plena, matris Virginitate. T. 4. D. 5. à n. 8.

II. *Postquam impleti, dies purgationis Mariæ.* Si Virginis & cum honore Matris, qui nisi in umbra dies Virginis purgationis? In legis umbra tota pulchra & luce plena absque ulla macula, uti cunctarum perfectionum perfectissima idæa, atque Deitatis forma. Ibid. à n. 2. T. 7. D. 4. à num. 2.

### *Pro S. Agatha.*

I. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Nihil Agatham separavit à charitate Christi. *Extat videret martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sævitiam impij iudicis, contra dolores mortalis carnis, accerrimà conflictatione certantem & in adiutorio Domini cuncta vincentem.* Ex Augustin. *serm.* 9. in *Novis.* T. 10. D. 3.

II. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Non separavit Tyrannus Agatha ab Sponso: *intentissimè*, ait illa, *amo & desidero Christum, cui me totam devovi & despondi, firmata in fide, castitate & amore. Præparet Quintianus leones, acuat gladios, succendat ignes, omnes in me dæmones concitet, Sponsi ope vivam.* Ita totum fuit pro vulnere corpus, sed prævalebat animus. Doloribus exultat, mors delectat, pœna placet, cruciamen arridet, debilitas roboratur, virtute, prævalet vulnere, exultat morte. T. 10. D. 3. n. 4. Vid. *Virginitas.*

### *Pro S. Mathia.*

I. Eligitur in Apostolum, ubi rutilavit inter illos cunctarum virtutum flos. *Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.* Electio eius præclara, cœlo acceptà; dum ille signatur cœlesti globo luminoso, splendente lucis radio, florente virgà, & desuper descendente columba nova. T. 10. E. à n. 48.

II. *Ita Pater, quoniam sic*, &c. Electus est in Apostolicum Collegium per divinum donum ex splendore singulari virtutum. Ex D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. Mirabilis prorsùm electio & à Numine & à Collegio Apostolico. Ibid. n. 50. Vid. *Merita, Dignitas*, & *Electio.*

## FESTA MARTIJ.

### *Pro Angelo Custode.*

I. *Angeli eorum*: etsi Dei sint; ut Custodes, hominum sunt. Dormientes excitant, in periculis liberant, sæpe vigiles pro nostra salute atque potissimè in morte, ut videant faciem Patris qui in vita plorabant exules. T. 12. D. 6. n. 14.

### *Pro S. Cunegunde.*

I. *Sponso & Sponsæ.* Confertur cœleste regnum, quia regnum cœleste in terra; in matrimonio dumtaxàt Sponsus & Virgo Sponsa. T. 1. D. 1.

II. *Sponso & Sponsæ.* In angelica conditione dum sunt in carne mortali. In carne sunt extra carnem: Angeli obiecerunt speciem: Angelicæ prorsùm specimen puræ naturæ; in igne esse & ab igne non tangi. n. 5.

III. *Sponso & Sponsæ.* Inter spinas floruit decus honoris & honestatis sine læsione: Henrico credidit virginitatis candorem, in vita custodem & in morte invenit testem. Profectò magnum in ipso periculo non videre periculum. n. 7.

IV. *Sponso & Sponsæ.* Uniones numquam similes, nec candore, nec pondere, nec magnitudine. Quod negatur in physicis, obijcitur oculis ratione virginitatis. In his Sponsis videtur candor cum carnis pondere & imperij magnitudine; vel in unione sacro-sancta matrimonij. n. 8.

V. *Sponso & Sponsæ.* Margarita fulget Cunegundis cœli ei maiorem societatem habet quàm maris. Est una, bona, pretiosa, & pretiosissima. Ibid.

VI. *Sponso & Sponsæ.* Si sponsa virgo est, & decem virgines sunt; quo intuitu signatur ut unica, quasi virginitatis dote fulgeret sola? Erat virgo, sed coniugata, Henrici socia: claretque gratiæ insignis sublimitas, in matrimonio virginalis castitas. Ibid. à n. 9.

### *Pro S. Iosepho.*

I. *Cùm esset desponsata.* Sponsa Iosephi singularis Virgo: Iosephusque ad illam miris signis designatur à cœlo. T. 10. E. à n. 49.

II. *Cùm esset desponsata.* Dicunt dotes Sponsorum sanctitatem, coniugatorum candorem. In commendationem Sponsi, Sponsa Virgine, eius arida virga floruit & de cœlo super caput columba pulchra descendit. Ibid.

III. *Cùm esset desponsata.* Iure in annulo nuptiali Virginis Matris excusi liliorum flores; genius unus odor, unus color, unus decor, cum uno ac diverso respectu, uti in Sponsa & Sponso. Ibid. n. 4.

IV. *Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Iosephus cognovit; agrum in quo thesaurus, emit; Virginem uxorem duxit, ut thesaurum possidere posset. Gaudet, abscondit, emit, de inventione sibi complacet: etenim quamvis in coniuge absconditus, erat cœlestis thesaurus. Ibid. n. 9.

V. *Inventa est in utero*, &c. Paratur Virgo Mater à Deo, & ornatur viro suo. Merita clarent Iosephi ex uxoris Sponsæ Virginis æstimatione. Dicitur viro ornata, dum illi Virgo coniuncta; quippe sibi præter filium haud pulchriorem habuit speciosa ornatum, nisi coniugem Iosephum. Ibid. n. 8. Alia in Desponsatione Virginis. Vid. *Maria.* V. & *Iosepò.*

### *Pro S. P. N. Benedicto.*

I. *Quid ergo erit nobis?* In mundo erat, & extra mundum. Mundus cognovit eum, sed mundum Benedictus non cognovit, quia nec eius vidit faciem. Nec respexit, ut despiceret: nesciens scienter recessit. T. 6. D. 1. à n. 1.

II. *Reliquimus omnia.* Omnia? Utique. Etiam reliquisse reliquit. Semita ex fuga mundi, nec apparuit. Recessit nescius, oblivionis oblitus, nec memoriæ recordatus. Semita vel dum calcat, non apparet, dum mundum terit; quippe ne aspicere posset eius speciem, etiam in despectu mûdi reliquit renunciationê. Ibid. n. 2.

III. *Vitam æternam possidebit:* & nunc in tempore hoc



Be-

Benedicto revelata cœlestis gloria. Eius in Christo absconditа vita: mundo & sibi vita mortua. T. 11. D. 3. à n. 10.

*Pro Annunciatione Virginis, & Incarnatione Verbi Dei.*

I. *Missus est Angelus.* Agit cum Maria de salute, quia cum Eva egerat de hominis infirmitate. Agit de natura elevanda, quia cum Eva egerat de naturæ ruina; ut in templo Virginis collocato Verbo in similitudinem hominis, Verbum videretur in mundo & homo lapsus in cœlo. T. 11. D. 3. à n. 4. Inclinavit cœlos & descendit, visusque est in Maria & ex Maria ut habitaret gloria in terra nostra. Ibid.

II. *Missus est Angelus ad Virginem*, ut plenam homines acquirerent libertatem. Servi utique ratione noxæ originalis, sub tyrannide dæmonis: verùm mediatrice Virgine libertas floret, quia libertate Christus nos liberavit. Demonstratur qualis sit & etiam quàm magnificè, & à quo: non solùm à servitute liberavit nos Assertor; sed gratis liberavit, mirificè, generosè, summo studio, summo obsequio: contulit enim servis, non solùm libertatem; sed maximam, plenissimam, pretiosam, luculentam & omnimodam. T. 4. E. n. 48.

III. *Missus est Angelus ad Virginem*, ut Filius Dei in illa & per illam ad genus humanum ostenderet dilectionem. Mira dignatio, qua summæ felicitati addicitur homo. Quæ natura crimine nigra, iam Dei videtur Sponsa, cùm esset inferior genere, inferior specie, & inferior dignitate. T. 11. E. n. 2.

IV. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Factum est. *Visio utique magna, qualiter in Virginis uter concipiatur, perditum resipiatur, indebitum accipiatur*; ut opus, modus, & causa fulgeant in Incarnatione. Opus, *Verbum caro factum est.* Modus, *Ex Maria Virgine.* Causa, *Propter nostram salutem.* T. 1. D. 3. à n. 3.

V. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Ut diabolus cadat, Verbum homo illum sub forma servi vicit, prostravit, subegit. n. 7. Lignum sterile generis humani iam viride Verbo in carne. Germinavit, floruit, & fructum tulit. n. 10. Hominem à se traxit, evexit, navis expiavit, imagini similitudinem reddidit, atque cœlum clausum patuit. n. 13. Iam ergo homo, homo novus, vas alterum, nova creatura, novum figmentum. n. 14. Per Verbi adventum in carnem liberi ex captivis, filij ex servis, iusti homines facti ex impijs. T. 4. E. n. 40.

VI. *Fiat mihi.* Cur opus perficiendum? Erit insigne & admirabile opus; ut sordidæ naturæ restituatur decor, deiectæ honor, captivæ libertas, vulneratæ sanitas, morienti iucunditas, dehonestatæ maiestas, ac infelici felicitas. T. 2. D. 4. n. 4.

VII. *Fiat mihi.* Verbum caro factum est. Mira charitas ut homini micaret prosperitas. Tota maiestas divinitatis videtur humilis, virtus invincibilis inermis, immortalitas mortalis, maiestas sine maiestate, virtus sine virtute, immortalitas cum morte. T. 7. D. 3. à n. 2. Vid. *Incarnatio.*

VIII. *Fiat mihi.* In haccine voce *traditur epistola Gabrieli, in qua salutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, modus redemptionis, plenitudo gratiæ, magnitudo gloriæ, multitudo lætitiæ continetur.* Ex Petro Damiani *serm.* 13. Ibid. à n. 1.

## FESTA APRILIS.

*Pro S. Francisco de Paula.*

I. *Complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Regnum Christi charitatis flammam in Francisco quàm eximia! In eius pectore habitabat Iesus, cuius effigiem perferebat cor. T. 4. D. 3. à n. 8. T. 11. D. 3. à n. 14. T. 12. D. 2. n. 4. Eius insignia amoris & imago. T. 5. D. 6. n. 2. T. 11. D. 4. n. 1. Vid. *Charitas.*

*Pro Sancta Catharina Senensi.*

I. *Sponso & Sponsæ.* Catharina tantùm tendit in dilectum, corde enim præsentem habuit Sponsum. T. 11. D. 3. à n. 4. Vixit Sponsi vita, cuius stigmata cordi Catharinæ impressa, quæ rutilabant præ amore etiam in carne mortali. Ibid. à n. 14. T. 3. D. 3. à n. 4.

## FESTA MAIJ.

*Pro Inventione Crucis.*

I. *Oportet exaltari filium hominis, &c. ut omnis, &c.* Hominum solicitatur salus, & amoris Christi decus. In salutem hominis hodie inventio ligni crucis; quod pridem fuit inventio subtilissima amoris. Annunciate inter gentes studia eius. *Misericorditer, singulariter, mirabiliter* trophæum cogitatum crucis. Ex Fulgent. *serm.* in Epiphan. *Misericorditer*, ne homo periret. *Singulariter*, ut triumpharet: *Mirabiliter*, ut gloriam haberet. T. 2. D. 4.

II. *Oportet exaltari filium hominis*, ut cognoscatur virtus crucis. In cruce infusio supernæ suavitatis, robur mentis, gaudium spiritus, summa virtutis, perfectio sanctitatis. Ibid. n. 8.

III. *Oportet exaltari filium hominis*, ut videatur potentia & crucis & crucifixi. Dæmonem in illa è principatu expulit, mundum damnavit, & hominem ab utriusque catenis mirabiliter eripuit; & in antiquam, imò ampliorem, felicitatem reddidit. n. 1.

IV. *Sicut Moyses exaltavit*, &c. Inventio Christi amoris, in inventione crucis; ita ut Christus pateret in signum salutis generis, sicut serpentem exaltavit Moyses: & viderentur nova portenta in virga Moysis primitùs figurata: etenim claruit ex vulnere sanitas, ex captivitate libertas, ex vilitate pretiositas, ex diritate voluptas, ex odio amor, ex dedecore decor, ex deformitate pulchritudo, ex felle dulcedo, ex iniuria gratia, atque ex ignominia gloria Ibid. n. 1.

V. *Oportet in crucem exaltari filium hominis.* Oportuit, quippe summi momenti humanæ naturæ. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum fudit, arbor fructifera, arbor salutifera, pretiosior cunctis, fructuosior universis. Ibid. n. 2. Vid. alia in Exaltatione Crucis.

*Pro S. Petro Regalato.*

I. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Luxit in manibus Petri charitas, dum panem vertit in rosas, ac succurrit egeno vel cùm esset in sepulchro. Cuncta quæ habebat, dabat, & quæ nec habere poterat. T. 3. D. 4. à n. 13. Vid. *S. Franciscus, Eleemosyna, Charitas.*

FESTA



## FESTA IUNIJ.

*Pro S. Basilio Magno.*

I. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quid audiendum? Prodigium. Dæmonem triumphantem fugavit, subegit, vinxit, ac vinctum ab illo priùs ab inferno liberavit. T. 2. D. 6. n. 10.

II. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Ex Basilio miracula audienda. In vita & morte apparuit quis esset & quid potuerit: claruitque quàm admirabilis sanctitas & sanctitatis potestas. Ibid. à n. 1. Absolvit ex chirographo hominem dæmoni mancipatum, quoniam in crimen eius oratione evanuerat testimonium. Ibid. & T. 1. D. 3. n. 5. Mortuus est, qui tot portentis florebat insignis, clareret esse mortalis. Mortuus est, ut ipsa morte pateret quomodò vixit in carne. Mortuus est, ut luceret quis & quantus, & in quo. T. 2. D. 6. n. 18.

*Pro Nativitate Præcursoris.*

I. *Elisabeth impletum est tempus.* Elucet sterilitas & fœcunditas. Sterilitas, quia pariendi impletum tempus: fœcunditas, quippe partus: peperitque Ioannem filium, cum pariendi iam esset tempus impletum; ut parturiens extra naturæ ordinem ostenderet cunctis quis prodiret in lucem. etenim plenus charismatibus apparuit in terris, quem orbis veneraretur prodigium orbis. T. 7. D. 2. à n. 6.

II. *Quis putas puer iste erit?* Sol est Solis, parentum gaudium, & splendor eorum. Ibid. & T. 1. D. 4. à n. 8. Nascitur qui plusquam erit quàm parentes quibant petere: imò valebant sperando cogitare. T. 7. D. 4. n. 6.

III. *Quis putas puer iste erit?* Necessarium, ut cognoscantur dotes & merita Ioannis, quòd fiat recursus ad iudicium rationis. Ibid. Gloria Ioannis quæ gloria Salvatoris: & celsior magnitudo, quòd esset homo. T. 11. E. n. 10. D. 1. n. 6. Vid. *Ioannes Baptista*, & *Præcursor.*

*Pro Principibus Apostolorum.*

I. Gaudium plenum illorum in gloria est Salvatoris gloria & complacentia. T. 1. D. 4. à n. 8. Patuit per illorum effusum sanguinem, cunctorum martyrium semen: igitur grana, quæ singula cadunt, ditiore segere multiplicata resurgunt. T. 10. D. 1. n. 2.

*Pro S. Petro.*

I. *Tibi dabo claves* ut quæ Salvatori potestate sunt propria, communicatione potestatis sint Petro pro dignitate communia. Umbra corporis Christus in ara crucis dedit libertatem in salutem latronis: Petrus per umbræ signa effectricis salutis etiam ostendit claves superioris potestatis. T. 4. E. à n. 6. Vid. *Petrus.* Amor Petri in Christum vehementer eximius & dum pro illo patitur, dormit gloriosos. T. 8. E. n. 59. T. 12. D. 2. à n. 13.

II. *Tibi dabo claves.* Dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis, lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum. August. *serm.* 29. de *Sanctis.* Ibid.

*Pro S. Paulo.*

I. *Mitto vos*, &c. Constat in Paulo á quo missus, dum Christum continebat eius pectus. T. 1. D. 2. à n. 4. Vivebat Christi vita & in corpore eius erant stigmata impressa. T. 11. D. 3. à n. 14. Charitas quàm eximia! T. 4. D. 3. á 8. Quanta in Christum & qualis amoris flamma! T. 12. D. 2. n. 4. Vid. *Paulus.*

## FESTA IULIJ.

*Pro Visitatione Virginis.*

I. *Ut audivit*, &c. Mirum quòd Ioannes agnosceret, crederet, & assentiret: quando in alijs parvulis ætas expectatur. Acceleratus est usus rationis in indicem, atque testimonium veritatis. T. 3. D. 2. à n. 9. Mirum, quòd in muto audiatur vox, & sine mente sit mens. n. 11.

II. *Exultavit infans*; sed exultatione præ vehemente amore mœret: etenim mœror amanti velle Salvatoris testimonium præbere, & præ defectu ætatis non posse loqui. Ibid.

III. *Exultavit infans.* Ioannes vel in utero rutilat margarita pura & pretiosa: sine labe, sine nævo, sine sorde: igitur ubi cæteri obscurantur la e originarij criminis, exultat ac rutilat splendore gratiæ iustificantis. T. 4. D. 5. num. 10.

*Pro Triumpho Crucis.*

I. *Nolite terreri.* O admirabilis potentia crucis! O ineffabilis gloria passionis! O excellentia crucifixi potestatis! *In cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus.* T. 2. D. 4. á n. 8.

II. *Nolite terreri.* Per signum crucis elucet in triumphum virtus Christicolarum: etenim hostium arma confregit, arcum contrivit, scuta combussit. Ibid. à n. 1.

III. *Nolite terreri.* Nullus ab hostibus terror, si crucis honor. Insignis victoria per crucis arma, quibus Hispania inimicum subvertit, subegit, contrivit, trudens hostes in servitutem, & educens vinctos in libertatem. T. 2. D. 5. n. 11. Alia in *Inventione*, & *Exaltatione* crucis.

*Pro S. Magdalena.*

I. *Ut cognovit, cœpit rigare*, &c. Ipsos pedes Christi sacrarium & altare constituit, in quibus libavit fletu, litavit unguento, sacrificavit affectu. T. 5. E. n. 51. Dum retrò stetit, claruit verecundia: dum capillis pedes tersit, reverentia: in osculo illorum, dilectionis studium: in unctione, cordis flagrantis obsequium. Etravit, sed ut errorem cognovit, dicavit ad pedes Numinis quæcumque servierunt illusioni vanitatis. Ibid.

II. *Mulier in civitate peccatrix*, &c. Gemma perdita apparuit, floruit, fulsit. T. 4. D. 6. à n. 5. T. 9. D. 1. n. 4. Vid. *Magdalena.*

III. *Vides hanc mulierem?* Hanc videt & hanc Pharisæus non videt: quia cum culpa: & illa per pœnitentiam invisibilis facta. Evanuit, sese in aliam ipsa convertit: ita ut superiori gratiâ eadem esset & non esset ipsa. T. 4. D. 6. n. 16. T. 5. D. 1. à n. 7.

IV. *Vides hanc mulierem?* Ex unda amoris flamma, ex fletu focus: unde sublimis charitatis fervor. Ibid. à n. 12. & T. 9. D. 1. n. 4.

V.

V. *Dilexit multum.* In unctione patet, qua claruit odoris suavitas, unguenti pretiositas, aromatum nobilitas, & artificis dexteritas. Ibid.

*Pro S. Anna.*

I. *Simile* regnum *Thesauro abscondito in agro.* In agro sterilitatis eius inventa filia Virgo Mater, cœlestis thesaurus, naturæ & gratiæ prodigium, orbis gaudium, mirabilis fructus, atque spectabilis fœtus. T. 7. D. 4. à n. 6.

II. *Thesauro abscondito.* In gloria filiæ habuit Anna gloriam suam, quippe illustratur à filia propter dilectionem ac charitatem: cùm illam habuisset ultra votum; non solùm habuit gaudium, sed gaudium plenum. Ibid. n. 7. & T. 1. D. 4. n. 8.

III. *Thesauro abscondito*: ex quo totum gaudium, quippe inventum. Invenit Mater in filia plusquam cogitare quibat & sperare valebat. T. 7. D. 4. à n. 6. Per fructus arbor cognoscitur, atque ex Anna prodijt Virgo miraculorum miraculum etiam maximum & novum. à n. 10.

*Pro S. Ignatio de Loyola.*

I. *Misit illes ante faciem suam.* Quorsum? Ut disponerent proximos ad Vitam æternam. Si facies Dei beatitudo est, in vita Ignatij eximiæ charitatis demonstratio fit quandoquidem propter proximorum salutem, refugit etiam Christi videre faciem. T. 6. D. 1. à n. 8.

II. *Designavit Dominus*, &c. Designavit Ignatium propter multijugam virtutem & virtutis splendorem. *Stella splendida* plauditur à Magiæo in eius *vita*, cuius officium in stella Magorum. Reliquit cœlum, ut via recta duceret errantes, atque perduceret ad conspectum Numinis. Ut alij possiderent felicitatis cœlum, reliquit in cœlo solium. Ibid.

## FESTA AUGUSTI.

*In Domini Transfiguratione.*

I. *Transfiguratus est ante eos.* Ut viderent quid acquisitum per illum, dum se exponebat coram illis gloriosum. Ex gloria corporis Christi, corpus hominis donatur gloria & dotibus gloriæ glorificatione animæ. Fit ex mortali immortale, ex terreno cœleste, ex fragili incorruptibile. T. 4. E. n. 42. & D. 2.

II. *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Glorificatur, & homo in gloriam etiam corporis extollitur; quippe etiam in mortalitatis ruina adoptio circùmspicitur perfecta. Est adoptio cum summa perfectione, ubi corpus in gloriam surgit de pulvere, & ut vel in carne splendebat Salvator, ostræ etiam carnis emicabat splendor. Ibid. à n. 10.

III. *Resplenduit* Præstitit Pater & gloriæ decorem, & decori virtutem. Decor est in splendore carnis, virtus in participatione luminis: etenim decor gloriæ humano generi ex virtute splendoris corporis Christi. Ibid. n. 12. Vid. *Christus*, X.

IV. *Ipsum audite.* Intentis oculis in eius fulgorem, altitudinem, magnitudinem, atque dignitatis maiestatem: etenim in eius gloria corporis est gloria capitis in beatitudinem humani generis. Ibid. & T. 9. E. n. 60.

*Pro SS. Martyribus Caradigna.*

I. *Cùm audieritis prælia*, vobis disponitur gloria, quæ emanabit ex pugna. Dei complacentia virtus pugnantium invicta, quia gloria latet in pœna, ex certamine corona. T. 10. D. 3. à n. 3.

II. *Nolite terreri.* Nihil timent, feruntur, cruciantur, configuntur, iugulantur. Iacent floreates diminut one membrorum, atque persistunt ad vulnera, quasi non haberent sensum. Ibid. à n. 5.

III. *Nolite terreri.* Cadent victores victi, & vos vel cadentes non cadetis; quippe pares virtutes, similes pugnæ, gloriosæ victoriæ. Ibid. n. 8.

IV. *Nolite terreri*: vel cadentes multiplicabimini. Sanguis effusus per Stephanum semen est martyrum: cui debentur coronæ, atque multiplices triumphi. Ibid. à n. 12. & T. 10. D. 1. n. 2. Roborat milites dux Stephanus in votum cœlestis laureæ manu, voce, vulnere. T. 10. D. 3. n. 11.

V. *Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis*: Oportet in gloriam hæc primum fieri certaminis; sed necdum gloriæ statim finis: ut etiam celebrentur in terra per prodigia, qui gaudent triumphis in gloria. Vitæ & virtutis signa; quod post tempus & tempus floreant recenti sanguine mirabiliter ossa. Ibid & T. 10. D. 1. à n. 8. *Liber Pater ut matrem* (fidem & religionem) *à tyrannide liberaret, splendidissimam coronam pesuit in eo loco, qui Stephanus facto appellatus.* Hygin. lib. 2. n. 6. Vid. *Martyres*. II. & *Stephanus Abbas.*

*Pro S. Laurentio.*

I. *Si mortuum fuerit, multum fructum affert* Laurentius tormenta quærit, pœnis gaudet, mortem despicit. T. 6. D. 4. à n. 3. In flamma invenit refrigerij solatium, in igne lectum, à n. 12.

II. *Si mortuum fuerit*, &c. Ubi granum solum, nullum fert fructum: aliter in Laurentij trophæum. Ex præstantia amoris & virtutis copiosus, multiplex fructus, quia cadens in certamine remansit solus. Ibid n. 11. Ignis cœlestis pectoris ignem tyranni consumpsit, voracitatem absorbuit, activitatem suipendit Ibid. à n. 14.

III. *Ubi sum ego, ibi & minister.* Ubi: In cœlo. Ibi, ubi, & unde descenderat ignis, est mansio cordis. Ubi ignis elementaris Laurentium absumpsit, divinus in cœlum rapuit. Non poterat deficere ignibus, eius ignivoma flamma vitæ, nisi cœlestis ignis mirifica activitate. Ibid. n. 16.

*Pro Virginis Assumptione.*

I. *Ingressus Iesus in quoddam castellum.* In castellum filius ingreditur, & de castello egreditur mater. Filius in mundum venit, Mater è mundo abit. Ille descendit, hæc ascendit. Quid descensus filij cum Matris Virginis ascensione? Iuxta plenitudinem gratiæ est prærogativa gloriæ: cognoscitur pondus gloriæ, sed iuxta mensuram gratiæ: & ex gratia in Virgine filij ad illam descendentis, claret qualis cœli gloria in exaltatione Virginis. T. 1. D. 4. à n. 4.

II. *Optimam partem elegit.* Moritur & non moritur: non moritur, quæ corde vigili vivit: moritur, quippe sæculo dormit. Moritur eò quòd somno clausit oculos: non moritur, quoniam amor vivificat pectus. Moritur, quia elegit mori: non moritur, quippe elegit: mortemque in morte non videt, ubi amore vita deficit. Ibid. n. 17.

III. *Optimam partem elegit.* Quotæ partes in amore, ut Virgo-Mater posset meliorem eligere? Posse non mori, & amare, atque propter amorem mori velle. Ibid. n. 14.

IV.



IV. *Optimam partem.* Quidni? Cum eminentia in Virgine omnes dotes splendent & naturæ & gratiæ & gloriæ. Astitit regina in cœlo cum vestitu deaurato, circundata varietatibus, diversis gratiæ muneribus, beatificata dignitate Matris, prærogativa gloriæ ac singularis honoris, quia in gloria eluxit splendor, honor, decor, dignitas, maiestas, auctoritas, atque gratiarum cumulus, ubi in gloria & ad gloriam Virgini-Matri supremus concessus thronus. Ibid. à n. 12.

*Pro S. Bernardo.*

I. *Vos estis lux.* Ut illuminetur mundus & nemo se abscondat à calore eius. Monachus est, & quia Monachus, in solitudine vivit. Quomodò multoties ad mundum exijt? Non exijt. Vel abiens, in cella mansit; quippe egressus foràs quasi non exijt. T. 6. D. 1. à n. 4. In mundo erat, & simul extra mundum: in sæculo & extra sæculum. Ibid.

II. *Vos estis lux mundi.* In exemplar Monachorum vivit Bernardus, operibus docens qualiter Monachus despiciens speciem libertatis propter dulcedinem servitutis. T. 8. D. 1. n. 18. In religione hostia viva, & in mortali vita, vita mortua. Ibid. à n. 2. Vid. *Monachus.*

## FESTA SEPTEMBRIS.

*In Nativitate Virginis.*

I. *De qua natus est Iesus.* Qui, dum illa nascitur, in eius & mundi gloriam posuit prodigia & eximia super terram. In illa, uti in extremo magnitudinis, celsitate potestatis, apice sublimioris perfectionis, lucent & eminent claritas, venustas, pretiositas, maiestas, bonitas, divina charismata, insignis potentia: oritur in mundum & in cœlum tota thesaurus gratiarum. T. 7. D. 4.

II. *De qua natus est Iesus.* Et illa per illum propter summam perfectionem nascitur Dei imago & ad imaginem; quippe eius genitricis gaudebat honore, antequam nasceretur ex genitrice. Ibid à n. 4. Nascitur naturæ & gratiæ miraculum, maximum & miraculum novum Ibid. a n. 6.

III. *De qua natus est Iesus.* In eius nativitate gratiæ sublimis demonstratur gloria: in natura enim humana summè perfecta, quasi non esset humana. Ibid à n. 11.

IV. *De qua natus est Iesus.* Orbis Salvator, à Matreque devenit splendor; quippe orbis gaudium & hominis scutum. Ibid. n. 8. Vid. *Maria.* III.

*Pro Virginis dulcissimo Nomine.*

I. *Nomen Virginis Maria.* Dulce Nomen. In ea & per eam & propter eam homo afflictus invenit consolationem, proiectus levamen, naufragus portũ, oppressus asylum, reus veniam, pœnitens gratiam, iustus denique gloriam. T. 7. D. 4. n. 9.

II. *Nomen Virginis Maria. Ad eam omnia ænigmata concurrunt Scripturarum.* Ex Ildephons. Quæ ænigmata? Ibid. n. 12.

III. *Nomen Virginis Maria.* Sufficit eius nomen, quod novum, in libertatem, in vitæ & gratiæ conservationem. T. 10. D. 4. n. 16.

IV. *Nomen Virginis Maria.* Post nomen filij non aliud sub cœlo nomen datum homini, in quo oporteat nos salvos fieri: salutem ita optat, incolumitatem solicitat; ut non solùm pericula removeat, lapsum misericors eruat, sed confugientem efficaciter protegat ne denuò in crimen & manus dæmonis cadat. Ibid.

V. *Nomen Virginis Maria.* Per quod à Turcis liberata Vienna & parta insignis victoria. T. 7. D. 4. à n. 7. Vid. *Maria.* IV.

*In Exaltatione Crucis.*

I. *Oportet exaltari*, &c. ut videatur erga homines crucifixi amoris celsitudo. Unde tota generis calamitas, inde vera & gloriosa libertas. Exaltatur instrumentum redemptionis, & libertatis in propudium hostis, ut qui tumide quasi victor gloriabatur in ligno ignominiâ vinceretur. T. 2. D. 4. Vid. in *Inventione* & *Triumphi*. *Christus.* XII. & *Crux.*

*Pro S. Hieronymo.*

I. *Vos estis lux.* Doctor Maximus Theologiæ fulgor, Solis splendor. T. 3. D. 5. *Magnus in vitæ excellentissimæ sanctitate, magnus in maioris gloriæ quantitate, magnus in sapientiæ ineffabilis facultate.* Ex August. Ibid. n. 5.

II. *Vos estis sal terræ.* Natura salis semper eadem est, nec immutari potest. Doctrinæ Dydimi Hieronymus haud infatuatus, nec in illo sensus accepti saporis amissus: quapropter vivificavit corrupta, sinaque conservavit illæsa. Ibid. à n. [illegible]

III. *Sub modio.* Quomodò? Factus opprobrium, quibus fuerat miraculum, virtute, sanctitate, eruditione, comitate, & mansuetudine. Ibid. a n. 15.

IV. *Sub modio.* Etiam in latebris deserti sal & lux. Vir ineffabilis, virtutibus admirabilis, splendor patientiæ, lampas præfulgida, gloriæ & honoris diadema, aurea columna, exemplar innocentiæ, puritatis agnus, lapis firmissimus. Ibid. n. 24.

V. *Sub modio.* Sal & lux misero mundo. *Illum deduxit Dominus per viam rectam.* à n. 1. *Ostendit illi regnum Dei.* à n. 8. *Dedit illi scientiam sanctorum.* à n. 13. *Honestavit illum in laboribus.* à n. 16. *Et complevit* gloria *laboris illius.* à n. 21.

VI. *Sub modio* sal & lux. Doctoris & Monachi, Hieronymi munus sale & luce. Eximius profecto & carnis mortificatione, & splendore sapientiæ. Ibid. à n. 11.

VII. *Ut luceat omnibus.* Vel mortuus per singularem prærogativam: posuit Dominus prodigia super loculi terram. Sepulchrum habuit ut nidulum, quia gloriosum: etenim gloriosa prodigia in terra corpus iacet atque terram non attingere: in terra esse, simulque à terra levari. Ibid. a n. 22.

VIII. *Ut luceat omnibus* sal & lux: & hoc & hoc: utrumque: Ut lux, fidem plantat, & catholicos illuminat. Ut sal, comprescit hæreticas vanitates, atque refutat universos errores. Ibid. a n. 20. Vid. *Hieronymus.*

## FESTA OCTOBRIS.

*Pro S. Rosario Virginis.*

I. In victoriam contra Turcas. Vid. *suprà* in *Nomine* Sanctissimo Virginis.

II. *Beatus venter*, &c. Nosque beati, cùm per Rosarium eius devotioni addicti. A servitute diaboli nos solvit, catenas criminum frangit, è carcere flagitiorum educit, perducit ad gratiam, adducit ad gloriam. T. 10. D. 4. à n. 7. Corona collocatur in cœlo, qua Semele liberata est è barathro. Hygin. lib. 2. n. 6.

Pro

*Pro S. Francisco.*

I. *Nemo novit Patrem nisi filius & cui voluerit filius revelare* Iam invenit Pater in Francisco quemodò filij sui rutilaret imago. Filius est imago Patris : Christi Franciscus. T. 1. D. 3. à n. 4.

II. *Confiteor tibi Pater.* Elucet eius singularis splendor, ubi Franciscus minoritate maior. Ibid. n. 19. Splendor est charitatis & in paupertate dives. T. 1. D. 4. à n. 4.

III. *Revelasti ea parvulis.* Parvulus est Franciscus, sed sublimis: cum illo paupertas nata & illâ cõtinet omnia: renuit sufficientiam, dum distribuit eleemosynam. Exhibet in usum pauperum sibi necessaria ad usum. Quæ habet, dat, & quæ non habet. Ibid. Alia vid. verb. *S. Francisci.*

*Pro S. Placido.*

I. *Videte, ne turbemini.* Socij cum Placido non possunt turbari : imò insultant felices fugitivæ formidini, quia pœna placet, amaritudo arridet, caro tormentis gaudet, vulnera delectant, cruciamina lætant : igitur apparent in tormentis mirabiles, qui digni videbantur miserationis. T. 10. D. 3. à n. 4.

*Pro S. Matre Theresia.*

I. *Sponso & Sponsæ.* Est inter Sponsas sola. Aliæ Sponsum sequuntur incessu, aliæ cursu, aliæ passu, Theresia verò perniciore volatu. T. 11. D. 4. à n. 3.

II. *Sponso & Sponsæ.* Ut Sponsa cognoscatur Sponsi amore & ferventi charitate : in amore utique infigne à dilecto relinqui & simul dilectum sequi : amare intensiùs, quùm languet afflictus mœrore animus: prævalere vulneribus, & gaudere doloribus. Ibid. à n. 11.

III. Ut ad cœlum evehatur, *clamor factus est.* Amore vivit, amore moritur. Promit vehementiorem cordis flammam ; amore mori, & simul habere vitam : quòd mors sit, & non sit mors : mors, præ dolore absentiæ Sponsi: non mors, ut posit absentiam pati: maius profectò cruciamen ex intensa charitate in morte non posse mori. Ibid. à n. 7. & T. 12. D. 2. à n. 4.

IV. *Clamor factus est. Exite.* Nobis Theresia exit in gratiam, Sponso dilecto in gloriam. An exijt è vita? Moritur & non moritur. Moritur, quia in sepulchro quiescit: non moritur, quia cor vivit. Moritur, quia clausit oculos: non moritur, quia fervet pectus. Moritur, quia in cœlum assumitur: non moritur, cuius cor alis amoris movetur. Moritur, quippe iacet sine spiritu vitali: non moritur, quia deficiens defecit amore. T. 1. D. 4. à n. 14. T. 11. D. 4. n. 3. & 14.

## FESTA NOVEMBRIS.

*Pro Omnibus Sanctis.*

I. *Beati*, &c. Regnum Dei promittitur, ostenditur, percipitur, conceditur. Promittitur in vocatione, ostenditur in iustificatione, conceditur in prædestinatione, percipitur in glorificatione. T. 10. D. 3. n. 2.

II. *Beati*, & ter beati. Ostia per quæ transitur ad vitam, sunt fidei veritas, spei firmitas, & solida charitas. Ex Bernard. *sentent.* 42. Ibid. Vid. *Gratia, Gloria.*

III. *Beati.* Et tot tribulationibus? Utique. In cœlum afflictiones pro scala gradus. Per pœnam elevantur in gloriam, per carnis cruciamen in æternam beatitudinem. T. 4. T. 1. n. 4. T. 10 D. 3. à n. 1.

IV. *Beati*, felices prærogativa omnimodæ libertatis per gratiam & gloriam, in summum honoris. Per gratiam, ratione virtutis: per gloriam, ratione iucunditatis : per gratiam, qua vincimus carnem ; per gloriam, qua vincimus mortem. T. 4. E. n. 36.

V. *Gaudete & exultate.* Quare si in mundo premuntur tribulatione? *Electos tria in futuro manent. Interna satietas, æterna iucunditas, iucunda voluptas.* Ex Bernard. *sentent.* 23. Ibid. n. 49. T. 9. E. n. 12. T. 3. D. 5. n. 9. T. 4. D. 2. n. 4. Vid. *Persecutio, Tribulatio.*

VI. *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Ex tribulationum gratia in cœlis patet ineffabilis æternorum gaudiorum copia : *quo vita vitalis, vita beata, vita securâ, vita tranquilla, vita ignara mortis, nesciа tristitiæ, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate & mutatione; ubi amor perfectus, timor nullus.* T. 4. E. n. 49.

*Pro fidelibus Defunctis.*

I. *In resurrectionem vitæ : in resurrectionem iudicij.* Quomodò utrumque ? Quia in Purgatorio dolores inferni. Ibi ignis, fletus, & dentium stridor. Frigus singulare, quippe ex igne. Ignis novâ formâ, quia sine materia : & fletus summæ amaritudinis, quia sine lachrymis. T. 1. D. 6. à n. 4. T. 8. E. n. 58.

II. *In resurrectionem iudicij.* Iudicium fit viventium, dum animæ iunt in via ad resurrectionem gaudiorum: etenim animæ patiuntur cura tormenta, & in viventibus in suffragium levis vel nulla memoria. T. 1. D. 6.

*Pro Virginis Patrocinio.*

I. *Beatus venter.* Eius patrocinio felices sumus. Ad illam gementes clamamus in hac lachrymarum valle. Clamor ad illam pectoris anxietate, corporis vacuitate, doloris acerbitate ; ut illa auxilietur protectione. T. 10. D. 4. à n. 2.

II. *Beatus venter.* Homines etiam filios habet. Matris officia & patrocinij munera elucét erga peccatores pœnis obnoxios, ut faciat iustos. Ibid. à n. 7.

III. *Beatus venter.* Nobis quidem felicitas per eius gratias : eius favores ante nostras præces, priusquàm necessitas exponatur, priusquàm in auxilium invocetur, ante votum, præsens & efficax Virginis patrocinium. Ibid. n. 9.

IV. *Beatus venter*, &c. Multa de Virgine cogitamus, expectamus, credimus. Quid ? Propior est nostra salus, quàm cum credidimus : in gratias volat eius auxilij claritas ; quippe antevertit tempus gratiæ celeritas. Ibid. Vid. *Maria.* XII.

*Pro dulcissi. Gertrude.*

I. *Sponso & Sponsæ*, quorum studium amare & amari. Sponsus & Sponsa sunt, quorum amor mutuus, intimus, validus. T. 11. D. 3.

II. *Sponso & Sponsæ.* Felicitas est, ubi traditur Sponso cor : Gertrudis verò à Sponso amore trahitur, ducitur, rapitur. Ibid. à n. 2.

III. *Sponso* offertur Sponsa, verùm Gertrudis singulari gratia: unica est, perfecta, & pulchra. Ibid.

IV. *Sponso*, in quo Sponsa manet, Iesus verò in corde Gertrudis sedet, stigmata imprimit, dilectam charissimatibus ornat, monilibus & annulis amanter subarrhat: cui præ spinis the dilectionis respondet amantissimæ Gertrudis: Annulus signat desponsationem, amorem, & fervitutem. In cunctis, ut amavit & Sponsus fovit, Sponsa excelluit. Ibid.

V. *Sponso & sponsæ.* Per gratias, Gertrudis exploratur pretiositas. Illam lux prophetiæ illustravit, zelus religionis inflammavit, laurea virginum coronavit, divini amoris incendium consummavit. Ibid. Vid. *Gertrudis.*

*Pro Virginis Præsentatione.*

I. *Beatus venter*, &c. Mater ad templum : vel puella iam mater. *Ille qui Angelum miserat ad Virginem, ab Angelo inventus est. Nimio pervolant desiderio, prævenit suum nuncium ad Virginem, quam amaverat, quam sibi eligerat, cuius decorem concupiebat.* Ex Bernard. T. 1. D. 3. n. 4. T. 7. D. 4. n. 7.

II. *Beatus venter.* Iam beata: quem paritura corpore, conceperat in mente, dum tradita in Templo filij Numinis servituti ; in quo fulgebat collegium sanctitatis, insigne virginitatis, pudicitiæ decus, admirabilis virtus, vitæ magisterium, divinitatis claustrum, norma iustitiæ, pudoris speculum, schola virtutum. Ex Chrysolog. *serm.* 146. & 147. Vid. *Maria.* I.

III. *Beatus venter.* Et Virgo est. Floruit uti virga Aaron, conctarum enim perfectionum est idæa. T. 4. D. 5. n. 2. T. 7. D. 4. à n. 2. T. 9. E. n. 33. Ita in Sanctuario introducta protulit una frondes & flores & fructus. Ibid.

IV. *Beatus venter.* Iam mater ? Est balsamum aromatizans. *Planta properat nasci, in tertium annum fructifera.* Plin. 12. *cap.* 25. Plantatur Virgo quasi oliva fructifera in domo Domini. *Olivæ pariunt, cum florent.* Ex eodem, 16. *cap.* 25. Vid. *Maria.* I.

*Pro S. Catharina.*

I. *Sponso & sponsæ.* Catharina Christi Sponsa vel à prima ætate. Illi dormienti in æternum connubium, Sponsus tradidit annulum, cuius gemmam pretiosam genitrici ostendit manè, ut sciret cuius erat Sponsi; quem amavit & servivit usque ad mortem, ostendens Sponsæ fidem. Catharinæ cœlum promittitur, ostenditur, conceditur & in martyrio percipitur; quippe quàm in mundo cœleste gaudium, vulnera sustinere propter cœlum. T. 10. D. 3. n. 2. Vid. *Martyres, Virginitas.*

*Pro Desponsatione Virginis.*

I. *Cùm esset desponsata*, &c. Cœleste planè coniugium. *Omne itaque nuptiarum bonum impletum in parentibus Christi: proles, fides, sacramentum.* Ex Augustin. Iesus, proles : in virginitate, fides : sacramentum, contractu desponsationis. T. 11. E. n. 35. D. 2. n. 1. Casta fuit, & pulchra generatio cum claritate, ubi *finis morum, honor corporum, decor sexuum.* Ex Tertullian. Ibid. n. 2.

II. *Cùm esset desponsata, inventa est habens in utero.* Mirabile totum profectò. Hæc coniugij cœlestis novitas & generationis claritas : vident sponsi prolem, & manet coniugum inviolata virginitas. Ibid.

III. *Cùm esset desponsata Mater Iesu. Hæc sola meruit Mater & Sponsa vocari:* ex Augustin. Aptè. Mater respectu filij: Sponsa respectu Iosephi : ut floreret auctoritas Genitricis & honor eximius virginitatis. Hinc Mariæ & Iosephi respectus mutuus, & etiam in Salvatorem respectus, qui ita varius & sublimis, ut Virgo Iesum respiceret uti Genitrix est: verùm Ioseph ut vir Mariæ, de qua natus est Iesus. Ibid. n. 4. Alia vid. in *Ioseph*, ubi suprà & verb. *Ioseph.* & *Maria.* V.

IV. *Cùm esset desponsata, inventa est in utero.* Insigne opus, modus, & causa. Admittitur testis, excluditur hostis, & integra servatur fama Virginis-Matris. 11. D. 2. n. 12.

*Pro S. Andrea.*

I. *Vidit duos fratres*, qui illum per crucem secuti sunt, à qua gloria singularis eorum ; quippe ad cœlum crux scala, amata, desiderata, quærera, & cum gaudio inventa. T. 7. E. n. 33. Per illam Andream noverunt hominem sanctum, Deo charum, iustum, mansuetum, & pium. Crux gaudium, summa virtutis, perfectio felicitatis. T. 2. D. 4. à n. 8. Arbor fructifera, salutifera, pretiosior inter pretiosa. Fructifera, dum Andream illustravit : salutifera, dum virtutem in passione contulit: pretiosa, dum in cœlum evexit. Ibid. à n. 2.

## FESTA DECEMBRIS.

*Pro Virginis Conceptione.*

I. *De qua natus est Iesus.* Quæ imago singulari gratia, elucet in conceptione Numinis forma. Eximtum opus eius efformatio cum singulari artificio. Opus, in victoria de dracone: artificium, in modo non visi in sæculo triumphi. T. 4. D. 5. à n. 4.

II. *De qua natus est Iesus.* Quorsùm in eius conceptione purâ, filius qui natus ex ea? Ut tunc sine oppositione viderentur mirabilia. Illa constituta in natura præventa gratiâ: iure præferetur obscura & lucida, vacua & plena, germen radix, flos & virga. Ibid. à n. 8.

III. *De qua natus*, &c. Prodigium est gratiæ in esse naturæ ; à labe penitùs libera, ac inter spinas speciosa. Immunis sanè singulari libertate vel in ipsa conceptione. Ibid. à n. 3.

IV. *De qua natus est Iesus.* Floruit, quo genus humanum aruit : eximièque pretiosum, quòd in ipsa ariditate floreret : etenim in entitate carnis ; fuit tantùm similitudinis ; quippe priusquàm filiationis, fuit in illa gratia matris. Ibid. n. 13.

V. *De qua natus est Iesus.* Radiat in illa originalis gratia. Processit ex radice Adamo, sine radicis veneno: effulsit cœlestis flamma sine fumo : margarita & pretiosa, quia sola in sæculo. Ibid. à n. 10.

*Pro S. Ioanne à Cruce.*

I. *Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus.* Ioannes signat gratiam: crux mortificationis pœnam. In lumbis præcinctis & ardentibus lucernis, elucescunt Ioannis dotes: in virtutibus eius splendent & crux gratiæ & gratia crucis. T. 12. D. 1. D. 2. Excellentia claret ex nomine Ioannis. Si inquiritur prodigiorum specimen, dicit nomen. Culmen fulget eius perfectionis in gratia crucis : plusque in ipsa dira cruce, ut haberet nomen grande. In perfectionis tandem honore, etiam toleravit crucem gratiæ. Ibid.

II. *Lumbi præcincti*, &c. Præcingitur Ioannes in carnis mortificationem: elucet per gratiæ lucernam in maiorem gratiam ; sponte passus amaritudinem gaudij in crucis exultatione. Ibid.

III. *Sint lumbi vestri*, &c. Pondus crucis & pondus amoris. Hoc est Ioannes. D. 1. n. 2.

IV. *Lucernæ ardentes.* In religione ignem concepit, in reformatione tamquàm lucerna arsit. Cor flagrans, gratiæ maioris aviditas, vitæ asperitas, cibi frugalitas, sine intermissione oratio abstracto à calcato sæculo; excitarunt intensissimam flammam in reformationis eminentiam. Ibid. n. 11.

V. *Lumbi præcincti* in vivam mortem & in gratiæ crucem, ubi vita mortua in morte viva; quin veniat optata mors, cùm nihil optetur plus. Oriente morte ex anxietate vitæ, procul facultate moriendi; quia ubi non mors & mortis amaritudines, acriores dolores mortis. D. 2. n. 3. Vid. *Ioannes à Cruce.*

*Pro Virginis Expectatione.*

I. *Paries filium.* Faustum nuncium. *O felix puerperium lætabile Angelis, optabile Sanctis, necessarium perditis, congruum prafligatis!* Ex Augustin. T. 7. D. 3. n. 4.

II. *Paries filium.* Virgo sola concepit, quem Pater sine fœmina generavit. Totum opus admirationis, atque singularitatis. Hæc est gratia ab illa, atque sola inventa. T. 7. D. 2. n. 5. T. 9. E. à n. 33.

*Pro S. Thoma Apost.*

I. *Beati, qui non viderunt & crediderunt.* Beati per Thomam Indi orientales: per Thomam, qui viderat, accepta est clara Redemptoris fides, qua Ecclesia ibi copiosam collegit seget: in admirabilem; quippe sanguis Thomæ electum martyrum semen. T. 10. D. 1. à n. 2. D. 3. à n. 12. Sanguis eius quotannis apparet, ubi mortuus, à sacrilegis occiffus. Singulare prodigium: etiam post mortem præbet fidei testimonium. Ibid. à n. 16. Per Thomam visum, quod finxit Gentilitas factam. Libero Patri datum vaticinium à Matre Magna de subiuganda India. Nonn. 36. *Dionysiac.* à v. 422. Certiùs Thomas accepit insigni fide, vaticinium infallibile à Virgine Magna Matre. Hæc à Marrac. in *Polyanth. Marian.* plauditur *arca sancta, ex qua vera vitis germinavit.* Unde vitis germinavit ex arca? Quotannis ex arca Thomæ; igitur in sacrum quod aruit, lignum sterile floret, & fructum mirabiliter producit. Noviter videtur in Sanctuario virga Aaron. T. 2. D. 3. n. 3.

*Pro Nativitate Domini.*

I. *In Pervigilio.* Orietur Sol, idest Christus Sol iustitiæ mundis corde, haudquaquàm lucem fugienti, seu adversanti. Oritur Sol, sed pravis occidit; quippe maledicus radios cognoscere renuit, neque illum inari cupit. T. 7. D. 1. n. 16.

II. *In die festo. Vidimus gloriam eius,* quia eius gloria nostra salus. Tyrannum expulit, iugum servitutis excussit, hominem vinculis mancipatum usque in cœlum evexit. T. 2. D. 6. à n. 6. T. 7. D. 1. n. 7.

III. *Vidimus gloriam.* Humanitas Christi apparuit, & simul cœlum aperuit. Nascitur pignus amoris, salutis, & maiestatis. Ibid. à n. 4.

IV. *Vidimus gloriam.* Admiremur, gratulemur, amemus, laudemus, adoremus, gratias agamus; quoniam per Redemptorem, de tenebris ad lumen, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, de terris ad cœleste regnum vocati sumus. Ibid. ex Augustin.

V. *Vidimus gloriam.* Verbum Divinum in carne naturam illustravit mirabili eruditione, qua homo cognovit quanta bona è cœlo; ubi propter hominem filius Dei apparuit homo. T. 7. D. 3. n. 3. Vid. *Christus.* VII.

*Pro Stephano Protomartyre.*

I. *Ecce ego mitto ad vos,* &c. Cognoscitur à quo, quis, & quantus in munus Protomartyris missus Stephanus: ut primus inter martyres plauditur, qui in primam à Christo eligitur, ut primus iuxta nomen coronetur. T. 10. D. 1. *Inter Græcos Stephanus primus invenit coronas.* Rhodigin. 6 cap. 19. Primus est Stephanus & sanguine, & nomine, ac sanguine martyrum semine. Ibid. à n. 2.

II. *A sanguine Abel.* Cur à sanguine Abelis? In utroque nihil debemus sentire discretum: electio pares, certamen similes, corona fecit æquales. Ibid.

III. *A sanguine Abel.* Iam ergo mortuus. Unde sanguis? Insigne, quòd ossa Stephani pullulent, germinent, floreant, quasi esset in carne: in decorem reliquiarum nova & mirabilis vita; quòd sanguine floreant ossa. Ibid. à n. 8. & D. 3. à n. 17. Quantus Beatus Stephanus, prædicat conversus Paulus. Vid. *Paulus, Stephanus Protomartyr.*

*Pro S. Ioanne Evang.*

I. *Sic eum volo manere.* Etsi dulce & voluptuosum, amanti grave martyrium. Martyrium, cæterùm suave: vehemens vulnus, sed vehementer appetibile: cor pungitur, quod punctione sanatur & simul medicamine percutitur: morsque sine morte prævalet; quia mori vult, sed non valet. Exardescit amore dilecti, cupitque dissolvi, gaudijsque frui, expirandi desiderio; verùm cum vita relinquitur sine gaudio: & mori dicitur; siquidem in vita moritur, quippe non moritur. T. 12. D. 2. n. 4.

II. *Sic eum volo manere.* Ostium parulum est ad introitum, quin vita possit introrsùm movere gressum. Amor ducit, ac perducit: & cum gloria amoreni alliciat visione, beatitudinis species dolor, estò dulcis, est; videre & manere sic. Visam vita cupit, sed ingredi nequit: dolorque censetur mortis, intensione dilectissimi cruciaminis; sic videre & sic stare. Ibid. n. 11.

*Pro SS. Innocentibus.*

I. *Herodes occidit omnes pueros;* sed virtute Gigantes & insignes; qui staturà, ætate & tempore infantes. T. 3. D. 2.

II. *Omnes pueros.* Magna pugna, gratiæque excellentia; voluntate plena pro Christo amittere vitam, ut obtinerent coronam. Ibid. à n. 10. Cognoverunt, quem non viderant & indicabant; ostendentes cognitione amorem, eximiam charitatem, atque religionis fidem. Ibid. Fructus in flore ætatis, vox in signum præsentis Salvatoris, mors in insignia virtutis. Ibid. à n. 1. Vid. *SS. Innocentes.*

*Pro Capitulo Generali.*

Ferè totum opus ex Didascalijs Politicis. *Est hierarchia supercœlestis, quæ constat in tribus personis* (in quibus idem propositum, una ratio & una voluntas) *est hierarchia cœlestis, quæ completur in Angelis. Est subcœlestis, quæ perficitur in Prælatis. Est enim hierarchia sacrarum & rationalium ordinata potestas in subditis, debitum retinens principatum. Est in hierarchia ordo, scientia & actio; quia si horum trium aliquid defuerit, non erit hierarchia. In ordine notatur officium: in scientia discretio: in actione ministerium. Sine ordine, actio est præsumptio: sine actione, est ordo negligentiæ: sine scientia, & actio est reprehensibilis, & ordo inutilis.* Dionys. *de Ecclesiast. hierarch.* & Grannuyse, 2. de *Proprietatibus rerum*, cap. 7. T. 8. D. 4. à n. 6.



# INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM.

*Prior numerus, paginam; posterior, marginalem signat.*


A.

*ABEL.*

An ex villis eius pellicula velum templi confectum? 554. 1.

*ABORTIVUM.*

Quid dicatur? 148. 4.

*ABSENTIA.*

Noverca amoris. 325. 1. Vid. *Amor. Christus*, IV. & *Eucharistia.* Dilecti aspectum desiderat, qui vehementer amat. 2. Qua amoris industriâ deluso absentia? 3. Qui aspectu Dilecti valet, eius absentia in certamine corruit. 333. 8. 640. 6. Absentiâ probatur amor. 333. 9. Quàm gravis ærumna, cordi diligenti absentia! 326. 2.

*ADAMUS.*

In raptu præsecivit Virginem Messiæ genitricem gratiâ supereminentem Angelorum, tamquàm illorum Regina. n. 576. 5. Edoctus de restitutione gratiæ. 581. 9. In quo effloruit eius excellentia. 384. 3. Adami spelunca & lectus, 130. 15. Sepulchrum. Ibid.

*ADONIA.*

Festum florum & cadaverum. 692. 11.

*ADORATIO.*

Pro reverentia & sacrificio. 151. 34. Pro cultu, obsequio, & actione. 15. Embolia adorantium & adoratorum. 501. 14. Summa adoratio, terram osculari, quam calcavit qui adoratur. 230. 2. Quomodò adoratur, quo nescitur? à 20. Adoratio vera non à templo, sed à corde. 30. Nihil cultus exterior, si tantùm exterior cultus. 32. Discrimen inter adorationem, & precum supplicationem. 1.

*ADRIANUS.*

Eius generositas & conditio benefica. 114. 9. 580. 6.

*ÆGYPTUS.*

Eorum idola. 406. 32. Inter illos commutabantur munia viri & fœminæ. 587. à 16. Quænam effigies in eorum cœnaculis? 507. 1. Cadavera tradebant in pignus creditoribus, nec sepeliebant donec debita soluta. 692. 12. Quanta illorum pertacitas? 406. 35.

*ÆOLUS.*

Eius pilæ quales, & cuius symbola? 76. 10.

*ÆTAS.*

Aurea, eius felicitates. 480. 41.

*ÆTERNITAS.*

Modi varij explicandi æternitatem. 57. Hieroglyphicum æternitatis Imperij. 60.

*ÆTITIS.*

Conditio huius gemmæ. 400. 36.

*AFFECTIO.*

Quanta cæcitas affectionum? 398. 17. Omninò fluxa. 442. 10. Unde furoris ac vertiginis origo? 415. 1. Quomodò cum potestate serpit pravus affectus? 59. 2. Impune sceleratus vivit, dum etiam per scelera placet. 400. 21.

*AFFLICTIO.*

Exuit humanitatè, qui sine auxilio afflictionem præterit. 55. à 9.

*AFRICA.*

Quanta eius monstra? 13. 27.

*ALABASTRUM.*

Quid sit? 257. 49.

*ALAPA.*

In libertatem. 194. 36.

*ALAUDA.*

Eius conditio, & metamorphosis. 689. à 6.

*ALEXANDER MAGNUS.*

Nuptiæ & eius amicorum. 616. 78. Nascente flagravit Templum Dianæ Ephesinæ. 383. 15.

*AMBITIO, ET AMBITIOSUS.*

Fluxus quomodò, & refluxus corruptionis, falsitatis & adulationis. 498. 8. Eius exercitia. 94. 9. Unde modestiæ affectatio? 304. à 9. Ambitiosus deficit ac tabescit, si plus non habet. 444. 16. Satagit etiam mereri per nefas. 434. 1. Nulla ei quies. 496. 1. Præsplendore dignitatis quàm abiectæ proiectionis! 7. Ars & solicitudo, vel ficto obsequio. 8. Sectatur dignitatem, haud electorem. 13. Proprium commodum, sine quo evanescit obsequium. 9. Propter honorem adorabit & dæmonem. 13. Simulat genium usque ad acquisitionem dignitatum. 417. 10. Totus in futurum infatuatus. 265. 1. Pavidus, phreneticus, sitibundus. 2. Semper in ulteriùs. 3. Orygi similis. 2. Luna. 4. Loquitur ad placitum sine cogitatione contradictionum. 8. Ut potenti blandiatur, laudata vituperat, & econtrà. 9. Serviliter proiectus, etsi rideatur, non suffunditur. 8. Os bilingue cum duplici corde. 9. Verspellis fraudes & colores. 10. Confidit suffragijs, nequaquàm meritis. 12. Eius anxietas. 14. Confertur Lamiæ & Hyenæ. 10. Accedit sæpè repulsus. 2. Ferè ambitione assumpti in dignitates fures & latrones, quare? 11. Tunc sine capite electores & electi. 12. Unde cunctis fastidium? 13. Degunt sine usu rationis. 14. Illuduntur à quibus obsequebantur. 500. 14. Quærunt ascensum in lapsum. 177. 12.

*AMIANTHUS.*

Eius conditio. 685. 12.

*AMICITIA, AMICUS.*

Acriores perfidiæ sub amicitiæ specie. 119. 1. Vide *Perfidia.* Fides in amicitia unde fluxa? 313. 2. Quomodò fidem numquam habuit, qui semel amisit? 12. Cum amico moribundo. 57. 13. Maior cordis vulneratio, sub amicitiæ titulo. 136. 1. Ac infidiæ eius velamine. 526. 14. Ferè nulla amicitia præter commoda. 339. 10. Quare cum fortuna omnis, & nulla amicitia? 13. Quanta vulnera ex amicitia fucata? 12. In quo fides vera erga animum amici? 3. Amicus quando cum amore lethæo? 56. 12. Instar prodigij, mortui amici recordari. 13. Ægrè fertur inimicus ex amico, hostis è socio. 336. 1. Amicum invisum in gratiam reddit, qui dixerit offensus, de quo dolet. 277. 12. Cui semel perfidia nocuit, nec fidei amici credit. 338. 8.

*AMORRHÆUS.*

Lapides, & libri Amorrhæorum. 112. 4. & 13.

*AMOR.*

Christi. Vid. *Christus.* IV. Insignia Amoris. 290. 2. Imago. 637. 1. Habitus, ornatur cordibus. Ibid. &